FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Lebenslauf von Eberhard Johann Bartling.

Bartling, Eberhard Johann

Halle (Saale), 19.01.1712

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-210574

Visual Library

Post DEUM Immortalem, omnis vi-
tae fontem, principium ac scaturigi-
nem est, quod ex praescripto Verbi Divi-
ni, et Parentibus et sedulis dexterita-
te insignibus Praeceptoribus in perpetu-
um me obstringat devinciatque pietas;
cum praeter alia innumera beneficia
illis famae praesertim honestatem, quam
assistente Numine Divino adhuc serva-
re integram annisus fui, debeam; his
vero quod menti tanquam tabulae lite-
ras sanioris doctrinae et veritatis coelestis
inscribere Parentum amantissimorum cura
et laudabili cum his conspiratione allabora-
rint, acceptum feram. Itaque ipsorum
nomina prout memoriam valde recreant,
non possum hic reticere. Pater, dum vi-
veret in oculis usque quaque ferendus mihi
extitit JOANNES BARTLING Camera-
rius ordinis Senatorii, deinde pauloante bea-
tum ex hac vita discessum, Consul aequissi-
mus patriae urbis NeoHaldenslebiae, quod
oppidulum non adeo obscurum est Duca-
tus Magdeburgici: Mater optima pientis-
sima, quam diu superstitem, salvam et incolu-
mem benignissimus servet viduarum Vindex.

ac Pater orphanorum Leibaſſros: | me filium
haut immemorem, [materni] amoris amat MARGARE-
THA DÖHREN, Senatoris quondam Neo-
Haldenslebienſis filia. Hi Parentes mei
multo chariſſimi me vix in lucem editum
[Anno 1684 Ipſis Kalendis Novembris.]
non tantum ſacro baptiſmatis fonte peccato-
rum ſordibus ac inquinamentis animæ hæredi-
tariis abluendum curarunt, verum etiam inde
ab incunabulis adhærentem pravitatem
quam ex peccatorum omnium ſemine, quod
originale vulgo vocant, etiam infantes in
nobis multoties prodire reſiduam et rema-
nentem caſtigare ſtuduerunt. Quare indu-
cti me aliorum fidei ſatis, uti mos ferebat
probatæ committere doctrinaque ſana et
moribus honeſtis animum tradere perpoliendum
mature ~~conſultum~~ voluerunt, non deste-
tantes interim, quoad per negotia do-
meſtica licuit, partim admonendo, caſti-
gando, partim manuducendo ac præeundo
ad virtutis tramitem vocare. Viderunt
a. a teneris jam annis in me tam ani-
mum diſcendi cupidiſſimum, quem non
minus alii ſunt admirati, quam qualecun-
ingenium a divina Benignitate conceſ-
ſum, ideoque me literarum ſtudiis dicatum
primum ConRectori Lycei patrii Dno Tapper-
to, qui nunc Stendalienſium Scholæ

eximia cum laude praeest literarum rudimentis imbuendum demandarunt, quod et factum feliciter, ita, ut hedecennis lectioni Auctorum Latinorum me accingerem, ac ita successu temporis proficerem, ut circiter aetatis annum decimum sextum agens ad primam classem scholae patriae translocarer, in qua dexteritatem Dni. Christiani Gottlieb Grundmanni, adhuc sceptrum dicti ludi tenentis expertus per annum ita desudavi, ut gymnasmatibus Academicis idoneum me judicarent, quibus progressus studiorum meorum explorare conveniebat, omnes. Itaque consentientibus Parentibus meis primum Brusvigam me contuli ao aetatis 17 Gymnasium, quod Catharinianum vocant, Musis associatus. Quoniam autem admodum duro hospitio utebar facta valetudine scabieque horrenda contracta laudatum Gymnasium relinquere invitus domumque meare reapse invitior recuperandae valetudinis et alacritatis pristinae gratia a B. Parente jussus fui. Qua mox restituta integrum reliquit mihi Pater, quomecunque vellem studiorum causa

convertere, sive Brunsvigam versus, quam repetiissem lubenter, nisi de salubritate aëris dubitassem tribuens forte huic climati, quod paulo ante adversa valetudine fuerim correptus, sive Stendaliam, quo Dn: Tappertus jamtum ad Con-Rectoris munus ob, unde erat evocatus relicta schola urbis suae patriae, sive Magdeburgum maxime viarum. Quod demum neglectis ac posthabitis reliquis recto carens judicio elegi nondum completo 180 aetatis anno XC 150 Novias autem MDCCII ubi quidem quatuor et qd. excurrit consumsi annos audiens Eruditissimum Dn: Mag: Anthonium, Wernerum Cunonem Rectoris spartam ornantem, virum ob styli Latini puritatem et accuratissimam librorum cognitionem admodum celebratum, Con-Rectorem Dn: N. N. M. Bergnerum nunc Rectorem ejusdem Gymnasii, verum ob frena, quibus adolescentia constricta optime ac salutariter tenetur, ad officium rite peragendum, relaxata nimium pravaque exempla Commilitonum ad corrumpendos innocentissimos appositissimorum in vitam dissolutiorem abreptus miser nec studiorum, nec christianismi rationem, pro eo, ac debui rationem habebam, sed in diem liberius vivebam contentus externo honestatis fuco quem subministrabat virus lethiferum

anima, ambitio, s. amor sui inordinatus,
quem alebat spes meorum nimia et minus
sincere de me concepta. Hac effecerat, ut
me nunquam fere penitus intuerem, nec re-
cessus animi intimiores investigarem desti-
tutus quippe luce fidei genuinæ. Accessit
quod et diræ atque atroces illæ afflictiones
spirituales, quibus adhuc puer exagitabar
(iisdem vero hic declarandis nunc super-
sedeo:) hac vita liberiori desinerent
aut si rectius dicam, non tanta anxieta-
te me, ac antea fieri solebat, afficerent,
nec tam sæpe recurrerent, sed sensim
quo minus piis meditationibus indulgebam, eo
magis evanescerent. Carni hoc eo magis
acceptum, quo minus crucia favet de ea,
tienda semper hac mole sibi molestissi-
ma meditans. Sic cogitabam et ego
meam, l. potius Cacodæmon suggerebat
ita statuere: Si morum innocentiæ stu-
dens tam anxiis dirisque calamitatibus animam
ferme enecantibus obnoxius haberis, et con-
tra nunc cum te seculo aliquantum con-
formare incipis, non modo hac ratione
ab illis animi cruciatibus immunem te sen-
ties, s. et insuper voluptatem inde capis, et
quietem, optime ergo agis, vivere si ocapis more

plerorumq hominum in ſecuritate car-
nis, ambitione et inde ~~atu~~ oriunda
contentione, invidia etc: Hæc tum erant
mea ratiocinia, quæ ut adſpirante ac
ſuffulciente Tua Gratia magis magisq
deteſter ac eradicem fac et concede beni-
gne per JESUM CHRISTUM, o PA-
TER omnis miſericordiæ, et ut coepiſti,
in viam rectam, anguſtiſſimam ſane
revocare perge in laudem Divini Nominis
Tui. Sed quo me ducunt piæ preces? Quorſum
rapit liberior pectoris effuſio. Magdeburgi
tandem exactis a me circiter quatuor annis
graviſſimo correptus morbo, (quem vulgo di-
cunt das Fleckfieber) ſtatim priusquam ad ex-
tremis morbus ipſe periculoſiſſimus veniret, a pa-
rentibus provide domum deportandus curor, ubi
febris ſic invaluit, ut vel præſentes me mor-
ti jamjam ſuccubiturum æſtimarent, at
tamen quod DEUS Opt: Max: E miſericordia
mortis faucibus præter omnium, imo ipſam
meam expectationem ereptus Academiam tam
Frideric: petiturus a Patre prohibitus, etſi ſtudi-
orum ratio et ætas ita poſcebat, tamen
Halberſtadium adire juſſu Parentis cogor
ubi ſalutato Dno Rectore Scholæ Cathedra-
lis Mag: Cubelio perſpicaciſſimo ac pio Viro
ſtatim ſubſelliis iſtis ſcholaſticis inhærere
juvat, ſed nondum tres quadrantes anni

ibi absolveram, cum post diuturnos do-
lores morbi exantlatos ex hac in coele-
stem vitam migraret mediante morte
placidissima Pater meus charissimus. Hinc
nondum optatam scholasticorum studiorum
metam, Academiam scilicet attingendi
facultas data est, querulante dilectis-
sima Matre mea, sibi non suppete-
re, quo me in Academia possit alere.
Et recte quidem. Beatus n. Parens satis
ac crebris molestissimis morbis, v.g. cal-
culo, podagra et similibus divexatus, quod
alii possunt libens recondere, ut aliquan-
do inde depromere queant, id in medicos
ac pharmacas insumere debebat, taceo nunc
alios casus tristiores, qui Parentum meorum fa-
cultates non semel minuerunt. Abrum-
po. Matre querulante relicta quatuor ter-
ciniis moratus usque dum a fratre certi-
or factus, Matrem consensisse, unde ali-
quantisper Halae vitam sustentare pos-
sem, summo cum gaudio transilio domo
Matrisque experior opem desideratissimam, quae
mihi viam gratis pandit ad hoc sapienti-
ae sacrarium A. 1708 circa Festum Mi-
chaëli sacrum Pro-Rectore Illustri Thomasio
apud quem et nomen professus albo studiosorum ci-
te insertus fui. Deo autem, qui me hucusque cum
aliis munificentissime sustentavit in orphano-
tropheo et traditione vertisse ad saniorem men-
tem [illegible] sit laus honor et Gloria in seculorum
secula. Amen! Eberh: Joan: Gottlieb
Anno 17[illegible] d. 19 Januarii.